



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hesus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs IIII. Cum inuocarem exaudiuit &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

## PSALTERIUM.

Innocatio quæ  
est propositio  
nis uice.

Voce igitur querula Dominum in mea uota uocabo,

Nūc quoq; quādo opus est, dū mala tanta premūt.

Audiet ipse sui sancto de uertice montis,

Nec uoti uacuam spem finet esse mei.

Propositionē  
cōfirmat exem  
plo suo. Hacie  
aus mirabilis  
in maximis pe  
riculis serua  
tus sum.

Nocte soporatus tota securus agebam,

Lucifero tollens ex oriente caput.

Certus eram siquidem, quia me præsentia seruad

Illius, in cuius sunt mea fatigata manu.

Non igitur metuam uel centum millia, quamvis

Cuncta meum fortes in caput arma ferant.

Surge fer auxilium Deus ô mi, redde salutem,

Tu potes ablare reddere pacis opem.

Hostibus incutiens colaphos mala multa locutis,

Tu sine maxillas dentibus esse facis.

Ἐπιφῶν-

μα quo clau  
dit precatio  
nem. Domini  
est salus.

A Domino speranda salus, opus ille salutis

Solus habet, uita hinc, non aliunde uenit.

At e summe pater benedictio cuncta profecta est,

Venit et in populum gratia larga tuum.

## PSALMVS IIII.

### Cum inuocarem exaudiuit &c.

#### ARGUMENTVM.

Est precatio contra crucem, quam co  
guntur ferre pij propter confessionem. Ha  
bet autem illustrem doctrinam additam  
contra scandalum crucis, quod Deus mira  
biliter tractet sanctos, & tum eos maxime  
defendat, cum uidentur extreme derelicti.  
Atq; hæc plena sunt consolationis. Titulum  
ferre



PSALTERIUM.

Fere omnes sic exponunt, quod sit decantari solitus Psalmus a principe seu magistro Musicorum, sicut nostris moribus collegia sacerdotum, suos succentores habent. Quare nomen Vincentis ubique uerte, aut accipe pro principe Musicorum seu chori.

Hortatur sperare pios, & ferre labores,  
Et soli in dubia fidere forte Deo.  
Stulticiam obiurgat residentis ad impia turbæ,  
Quam maneant iustos præmia pulchra docet.

Vincenti in melodijs Psalmus  
Dauid.

**A** Vdi summe Dcūm timida te uoce uocantem,  
Nunc tua sit uotis auris aperta meis.  
Audiiusticie nostræ pater unice & autor,  
Quo tantum salui iustificante sumus.  
Afflicti miserere animi, ueniamq; precanti  
Annuem, nec miserum deseruisse uelis.  
Nam tua contemnunt oracula turba malorum,  
Quorum stulta grauis pectora fastus habet.  
\*Verum agite ò quicunq; & opes & regna tenetis,  
Quorum homines inter prædominatur amor:  
Dicte quo tandem mea gloria tempore uobis,  
Aut quo ludibrium desinet esse modo?  
Tantane uos capiunt contemni obliuia recti,  
Ut tam uana diu uos adamare iuuet?  
Quam uos uestra diu mendacia stulta iuuabunt?  
Quando aliquem finem stulticia ista feret?

A 4

Precatio: Oper ter iuuia me.

\*  
**N**āθΩ.

Obiurgatio eo  
rum, qui offen  
dūtur cruce et  
existimant af  
flictiones pio  
rum esse signa  
iræ Dei. q. d.  
Filiij sunt quos  
dominus corr*ipit*, atuos infla  
ti successu, me  
non putatis es  
se filium Dei.  
Fiet autem uos  
præsidia ista fall  
lent, qb. nunc  
fiditis, & ego  
ero in gloria.

Miri-



S P A L T E R I V M.

Mirificas Domini tandem cognoscite leges,  
In quibus exercet, quos amat ipse, suos.

Dejicit, ut reluet, premit, ut solatia præstet,  
Enecat ut possint uiuere, & esse super.

Audiet ille meam, quoties petet aethera uocem,

Discite meo  
exemplo patiē  
tiam, ut etiam  
si occasio sit,  
qua ad irā cō-  
moueamini, ra-  
men eam uinca-  
tis patientia et  
spe liberatio-  
nis. Hæc spes  
est Deo gratis  
sumum sacrifici-  
cium.

Attenta aure meas audiet ille preces.  
Quod si uos aliquis rapidæ furor implicit iræ,  
Primus, peccatum sit metuisse, timor.

Ipsam se inspiciat propriæ mens conscia culpæ,  
Et secum discant pectora nostra loqui.

Sacra etiam, sed iusta Deo, nec iniqua feratis:  
Sperate in Domino, spes rata talis erit.

\* Multi quæ bona sunt ignorant, & tamen audent  
Dicere, quis bonanos uera docere potest?

Vultus ergo tui diuino lumine nobis

\* Redit ad ob-  
iurgatiōem &  
repetit preca-  
tionem. Addit  
autem in signē  
Anthitesin. A-  
bundet alij pa-  
ce, uino, oleo,  
Tu mihi uerbū  
gratiae tue lar-  
gire, quo me  
consoler &c.

Irradia, tenebras discute, reddē diem.

Hoc siquidem infundis nostræ noua gaudia menti,  
Dotibus exilarans pectora mœsta tuis.

Illos largiaiuat cunctarum copia rerum,

Quas Deus ipsorum uenter amare solet.

Scilicet atq; oleo madidi, uino q; fluentes,

Crescere se miseri per bona falsa putant.

At mibi cum placidæ demissi membra quieti,

Et curæ fugiunt, & timor omnis abit.

Huius debetur soli tibi gratia, namq;

Tu me secūrum uiuere & esse facis.

P S A L M V S V

Verba mea auribus percipe &c.

Argu

